

Ludovicus Aurelius Perusinus

‘Germanicus’

Tragoedia
(ca. 1602-1612)



Jan-Wilhelm Beck
Institut für Klassische Philologie
Lehrstuhl Lateinische Philologie
Universität Regensburg
Universitätsstraße 31
93040 Regensburg
Juni 2008

Authoris Praefatio

Quicumque haec forte leges carmina, illud te admonitum velim, pleraque omnia lima indigere, ne dicam spongia. scripsi ea ab anno decimo quinto ad vicesimum tertium: ne minime mirum sit, si puerilibus ineptiis sint referta! quoad Germanicum vero tragoediam, illud quoque scias, aptius nimurum eam habituram in fine praesertim Agrippinae lamentationes, ni lege cautum esset in Seminario Romano, cuius gratia tragoedia haec fuit conscripta et inibi data, ut ne in scenam mulieres prodeant. nam scena ultima actus tertii fuit sublata.

Argumentum

[T.] Iulius Caesar a Germanicis victoriis et legionibus, quibus praeerat, Germanicus nuncupatus. missus enim illuc fuerat ab Augusto admodum adolescens, a quo etiamtum Tiberii successor destinatus fuerat; ibi aliquot per annos strenue se gerens, provinciam fere omnem et barbarorum regulos in deditioinem accepit et Varianam cladem - hac sub Augusto Romanae legiones sunt duce Quintilio Varo ad internacionem caesae - non emendavit modo, sed etiam abolevit. hic igitur cum esset exconsul, e Germania ad intercidendum nimium secundae fortunae et gloriae cursum verius quam ad Orientis motus componendos illuc cum classe amandatur et iterum consul creatur. is enim, ut arrogantiae notam et invidiam apud omnes, qua erat comitate morumque facilitate, evitavit, sic apud unum Tiberium eiusque matrem Liviam non effugit. maritimam fere Mediterranei emensus omnem, Tracia, Armenia, Aegypto ceterisque provinciis ac Regnis compluribus perlustratis, ubi et Reges constituit et lites composuit et civitates ac res publicas salutaribus legibus ac institutis recreavit, Antiochiae tandem in Syria conquievit. urbi tum temporis provinciaque universae praeerat Piso, homo furiosus in paucis et, cui cum Germanico tum publica, tum privata odia intercedebant, connivente Tiberio, Livia vero etiam instigante. occasionem nactus Piso eum de medio tollere constituit: res primum venenis agitur, venena secutus Germanici morbus pericli, ut par erat, plenus, ex quo tamen remediis adhibitis convaluit. ergo legatus consulis - hinc tragoediae fit exordium -, Germanico melius habente, senatum Antiochiensem cogit deque supplicationibus pro salute duci recuperata per Divum pulvinaria decernendis refert, senatu assentiente ludosque praeterea publicos indicente populo festum diem agit. interim Piso, irritis primis conatibus, nova consilia concipit et suadente servo per magum quendam Aegyptium exitium

consuli maturat. dum magus dira carmina et artes adornat suas, Marcus Piso filius, conspiratione facta, Germanicum urbem lustrantem vi et armis aggreditur. res turpi Pisonis fuga, Planci vero sodalis caede finitur. hoc maxime facto Piso etiam pater una cum asseclis Seleuciam aufugere coguntur. non perinde res mago succedit: is enim vendita prius fide, portentosis etiam in coelo monstris, in aulam insinuat primum sese, denique Germanicum tot victoriis insignem, tot imaginibus inclytum, cui Augustus et triumvir Antonius avi, Tiberius imperator patruus, maiores Claudi erant, cui deinceps et filius Caligula et frater Claudius et ex filia nepos Nero rerum potiti sunt, quamquam degeneres, et iterum consulem et triumphalem pestiferis devotionibus adactum maximo cum urbis orbisque luctu necat. res, uti diximus, Antiochiae peragitur. moritur autem haud multum trigesimum annum egressus, vivente necedum tamen palam degente Christo Domino anno eius videlicet vicesimo secundo.

Personae

Aulus Cecina legatus consulis
Gn. Piso Syriae praeses eiusque servus
Chorus ex nobilibus adolescentibus Antiochiensibus
Magus Aegyptius eiusque Minister
idem Magus sub persona Vibii Marsi senatoris
Senatus Antiochiensium
Tabellarius seu Nuncius Roma ab senatu et Tiberio
Praefectus castrorum una cum militibus
Caesar Germanicus consul
Marcus Piso filius
Plancus eiusdem sodalis
Agrippina Germanici uxor cum parvis liberis
Gn. Sentius Senator
Senex, Agrippinae moderator
Nuncius
Praefectus urbis
Cives

Actus primus

Scena prima

Legatus consulis

- Leg. Vixdum serenae frontis ingenuum iubar
Roseus Eoo Lucifer tollens freto
Reliquis citatam facibus indicit fugam,
Et summa celeri luce rorantur iuga,
Properaeque dono lucis hilarescit polus. 5
Recepta Superis consuli nostro salus -
Fortuna ni nos ludit - est cordi, reor;
Sed nempe ludit et per alternas vices
Tollit premitque flatque. cui reflet statim
Adversa nunc, secunda mox; eadem et spei,
Eadem et timoris artifex, curae et simul 10
Felicitatis causa fucatae et malae
Securitatis, luctus et risus parens.
Gaudere praesens interim sed nos bonum
Vtcumque frontis nube discussa iubet,
Quicquid deinceps diva Rhamnusia coquit. 15
Aegyptiorum finibus reduces simul
Excepit urbs haec nomine Antiochi cluens;
Simul atra febris consulem adflicxit thoro,
Febrique peior membra percurrens tumor
Ignitus; hunc secuta populatrix lues, 20
Indocile pectus tacita requietis dabat.
Quid tum doceret animus, effari piget,
Quid tum timeret: cuncta cesserunt bene,
Debentur arti multa Paeoniae et Diis. 25
Vtinam hic quiescant asperae Divum minae,
Huc ille toties recidat iteratus metus!
Vanum haud fuisse eventa testantur probe,
Vanum haud futurum voce concordi monent
Tripodes Deorum; quippe post Delon Rhodos, 30
Colophone Clarius et per ambages idem
Et instar horum Memnonis saxum hoc docet.
Adversa sacri stagna per Nili est iter,
Vtrinque priscis margo monumentis stupet,
Hinc busta coelo credita, immanis labor - 35
Stellas lacesunt, scilicet quantus ferax
Assurgit Aemus, Pelion quantus caput
Intonsus album tollit aut humeros Ath[1]os -,

Hinc sacra vates templa Memphites colit;
 Cernuntur aedes opere barbarico ducum,
 Vestigia tantum dubia servantes solo,
 Cernuntur urbes, quaeque terrarum omnium
 Par est parentem nobili in scena dare.
 Hunc aliquot ante classe devectos dies
 Semiruta Thebes moenia excipiunt sacrae. 40
 Est urbe media, mira res visu, lapis
 Thorace medium Memnonem reddens tenus;
 Solis sub ortum luce percussus simul,
 Ad patria veluti dona gratatus sciens,
 Praegestientis more dat crepitum simul. 45
 Pectore sub ipso numen haud dubie latet;
 Exin resolvit ora pacatus sacra
 Responsa promens, rite sciteris modo.
 Scitamur et nos rite, quae maneant ducem,
 Populorum amores, urbis atque orbis decus, 50
 Post tot triumphos, orbe post toto vagam
 Aquilam locatam, barbarorum scilicet
 Non indecorum, rite si sapiant, iugum.
 Hoc dedalaeum carmen ad numerum edidit:
 ‘Si sapis, o siliquam gemina cave prole tumentem,
 Propter aquas ortam Fabaris, quam nutrit Orontes.’ 55
 Vt haec recludat mente quis sana, hoc agat,
 Nec fixa facile mente deceidunt tamen;
 Haec repetit animus nempe nec missis valet
 Reliquis recenti pervicax uti bono,
 Frontem explicare rebus in laetis nequit, 60
 Interque risus lacrymae iniussae cadunt.
 Propere coactum pergo concilium, pie
 Quo vota nostro sospiti exsolvat, preces
 Delubra qui per cuncta decernat, duci. 65
 70

Scena secunda

Piso, Servus

Piso Et adhuc nefastus halitu coelum inquinat?
 Necdum coactus spiritum impurum expuit?
 Rediviva toties hydra, ramosum malum,
 Faxo, furorem probet et Herculeam manum.
 Lanista foedus fraude non nostra semel
 Petitus haeret? superat? etiamnum viget? 75

	Stringantur enses, tela rapiantur manu, Infesta pilis pila concurrent licet, Alas minaces hinc atque hinc aquilae explicit. Adhibenda vis est omnis, inimicum caput Debetur odio scilicet dudum meo.	80
	Non sic residet cordis irati tumor, Non, si quid odia principum aut possunt minae, Non, si quod animus suadet iratus nefas. Ponto tributum flumina negabunt prius,	85
	Regerent caducas flumina in fontes aquas, Siculum Pelorus iunget Hesperio latus, Isthmo remota gemina concurrent freta, Zephyrus Eoas, Eurus occiduas domos	
	Invadet ante, feriet Arctoum Notus, Citius profundum Memnonem Boreas ruet!	90
	Devota iugulum victima, invito Iove, Renuente coelo, dedet et terram imbuet. Tauri crux, felle Gorgoneo dapes, Viperea pyxis, Colchiae pestes, duci	
	Huc usque noster quae propinavit furor, Sint velitata ceteris monstris: mala Quae mox sequentur Martis et toto impetu Queis mox aperto nempe certandum est salo!	95
Ser.	Si nostra dudum, Piso, tibi servit fides, Perspecta sat, ni fallor, in dubiis tua; Si dignus est, arcana cui credas, meus Hic animus, ede: corde quis gliscit dolor?	100
	Non deerit ausus, dextera, ingenium, doli.	
Piso	Aequa esse, quae tu poscis, o fidum caput, Experta toties opera testatur probe; Audita tu sub corde taciturno preme fideique temet admone.	105
Ser.	Vulgaris intentata vulgares domat Vis, nec propellit quaelibet quemvis manus;	
	Sic olim inermis unico impulsu bidens Occidit ad aras, corniger taurus secus.	
	Regia venenis - vulgus haec passim canit - Obduxit altum nulla non callum cutis.	
	Si me libenter audies, at audias, Est Pharius - et nunc commodum in urbe est - mihi	
	Bene notus hospes, nominis primi magus:	110
	Vulgare vix aggreditur aut patrat nefas.	
Ser.	cautum est satis.	
Piso	Consilia demum nostra quo recidant, vides: Hostis triumphat, vivit et felix quidem; Operam veneni lusimus et oleum simul.	115
Ser.	Vulgaris intentata vulgares domat Vis, nec propellit quaelibet quemvis manus;	
	Sic olim inermis unico impulsu bidens Occidit ad aras, corniger taurus secus.	
	Regia venenis - vulgus haec passim canit - Obduxit altum nulla non callum cutis.	
	Si me libenter audies, at audias, Est Pharius - et nunc commodum in urbe est - mihi	
	Bene notus hospes, nominis primi magus:	120
	Vulgare vix aggreditur aut patrat nefas.	

	Ipse amovebit crimi haud dubie moras Et sternet omnes, arte qua pollet, vias! Ne multa: fido commoda hanc servo diem, Vt magna consequaris; haud magni aestimes Dispendium dieculae unius breve! Tum - quod negarim -, vota si cedant male, Ferrum petatur; ultimum ferrum bene Dirae cruentum fabulae imponat stylum.	125
Piso	Cedo in tuamque eo pedes sententiam.	130

Scena tertia

Legatus, Senatus Antiochiensium/<Patres singuli>

Leg.	Felix quod orbi cedat et vertat bene, Faustum sinant quod esse, qui donant Dii, Quod livor aequa mente praetereat niger: Fortuna nostri consulis in tuto est, reor, Futura; rediit stabilis, ut spondet, salus.	135
Sen.	Est, cur pie gratemur et Romae et duci.	
Leg.	Quod superat unum, vester assensus, Patres; Desideratur publice, ut plebes Diis Grates rependat.	
Sen.	templa reserentur Deum.	
Pater	Sternantur arae rite, sternantur thori.	140
Pater	Nubes vaporent thureae Divum tholos.	
Pater	Cadat Galesi nobile ante aras pecus.	
Leg.	Studia calescant praeque populares eant Sic vestra, Patres.	
Sen.	civitas luxu fluat.	
Pater	Pueri corollis aureas nectant comas, Paeana laetum concinant passim viri, Omnisque sexus abeat in choreas licet.	145
Pater	Tota nec unus urbe pulvinar sacrum Legat omne populus, studia per preces pia, Sexum per omnem: milites, iuvenes, senes,	
	Pueros, puellas, accolias, cives. eant!	150
Leg.	Praestabit et theatra conscendi et dari Populare munus aliquod et orchestrām quatī.	
Sen.	Placet.	
Pater	coturnum Thespis Aeschileum terat.	
Pater	Provocet utrumque syrma Sophoclaeum.	

Pater	Leviore facilem vinciat socco pedem?	quis et	155
Pater	Vbi sunt Amyclae, geminus ubi Castor? levem Qui vibret axem, pulverem Elaeum legens? Aut dura nudus membra Terapnea ferox Gymnade resolvat rite pancratii memor?		
Pater	Fictas vicissim missa per Symplegadas Anceps Enyo marmor alternum citet.	160	
Pater	Sic vota nostra consulem invictum beent. Abeamus, ut consulta - quae vertant bene - Fiant senatus nostra quantocius rata Maiorque curam cura sit penes tuam,		
	Decus Latini nominis, belli et togae Et consulari proximum imperio caput.	165	

Scena quarta

Nuncius

Nun.	Adsum, profundum, cuius elapsus minas Dis sum nec uno nomine et voto reus, Emensus omne, cuius alterno incita Hinc vasta plangunt littora Europae salo, Hinc rite Lybiae vapulat immensum latus; Nuncius ab urbe Caesaris et urbis simul Venio senatus, causa veniendi fuit Properata tandem patribus et Romae patri. Laurea triumphi, debita invicto duci, Consors honoris - aureum o vere diem Romae futurum! - fiet et fratri simul Vni secundus frater, Illyrium gravi	170
	Qui nunc ad altum fulminat Drusus manu. Seriem docebit pagina haec; geminis mihi Reddenda gemina, praesidi atque ipsi duci. Iuvat subisse tot metus passim, iuvat Superasse tot pericla, tot ponti moras: Aestus Caribdis, vortices Scyllae, inviae	180
	Syrtes, Ceraunia saxa, Syrenum doli, Innumera pelagi monstra, nunc demum placent! Operae et perennis habeo par precium viae. Videone Syriae columen, Antiochi sacram	185
	Aulam, potentis Regiam quondam imperi? At o quid aliis laeta tam celo diu	190

Mecum retractans? ibo facturus diem,
Vt credo, cunctis aureum adventu meo.

Chorus

- Cho. O decus mundi - tibi namque nostrum 195
 Ducitur plectrum, reboatque coeli
 Carmen assensu -, Superum perennis,
 Phoebe, voluptas.
- Tu vel Amphrys vel amas alumnus
 Cynthius dici patriaeve Deli, 200
 An magis vatum pater anne Paean
 Verius audis?
- Sive pendentes humero pharetras
 Sustines laevo nemorumque cultor
 Figis incautos agilis volanti 205
 Cuspide cervos;
- Siderum princeps magis an vocari
 Eligis? terras roseus iacentes
 Vnde despectans et agens corusco
 axe quadrigas, 210
- Gange seu lymphas haüris tepentes
 Sive declives hilaras Iberum
 Insidens currus Meroesve civi
 Abnus umbram.
- Vere seu flores revocas, honora 215
 Fronde seu sylvas viduas, aristas
 Igne seu torres onerasve plena
 Arbore poma;
- Siste tantisper volucres iugales,
 Laetus intersis populo tuarum
 Prodigio laudum iuvenisque magni 220
 Stemma secunda.
- Vivat insignis domitor trionum,
 Vnus At[h]lantis Zephyrique terror,
 Sive qua cogit Lybie rebelles
 Vsque maniplos. 225
- Vivat et menses numeret triumphis;
 Quotque tu lustras populos, tot ille
 Visat et pube ultima militari
 Bactra recludat. 230

Aequet Alcidem numero laborum,
Vincat aeterno cineri superstes
Fama Pellaeum iuvenem patrisque
Facta Thionei.

Livor obliquus stimulus inanes
Eminus iactet, procul immerentem
Fraudibus serva volucrisque Divae
Exime telis.

Consulis magni fugitiva Daphne
Laeta sic vernet Latiosque fasces
Nutet aeternum tua, Dive, circum
Fronde virenti.

Sed ecce, praeses! hominis adventum sonus
Prodit furori praevius.

235

240

Actus secundus

Scena prima

Piso, Magus, Chorus

Piso	Turbam amove, Lictor.	
Cho.	sciebam fulmen ad tonitru sequi.	245
Piso	Vt vulgus artes sero dediscit suas, Servilis animus sic ad ingenium redit, Nisi continetur. cernis, ut Graecos probant? Et quidem Asiaticos! Regibus natum genus Palpare, mentis possidens altae nihil!	
	Spes a tyranno levis ut affulsit, volant, Si vivo! sed maiora nunc praestat sequi. Tu fare, quod nunc urget; at ne te rei Moles ab alto revocet aut tentet fidem,	250
	Consilia primum nostra Romani quoque Eadem esse Regis, consulis patrui, scias.	255
Mag.	Maioris est, ne metue, consilii quoque, Si poscat usus, pectus hoc olim capax, Nec ad cruentum facinus accedo rudis.	
Piso	Ipsius ab urbe redditae, ut nosti, modo - Quamquam alia patrum nuncio in speciem dedit Decreta ferre - litterae hoc ipsum monent: Servit duobus opera; quo tendam, vides. Gratiam rependet ipse, qui Caesar iubet.	260
Mag.	Nihil ista moror, abunde mihi factum puto, Inisse tanti gratiam ut possem viri.	265
Piso	Quid ergo nobis optimum factu autumas?	
Mag.	Vt cedat uni summa consilii mihi, Res sortietur exitum haud dubie optimum.	
Piso	Quam vero fraudis, fare, tentabis viam?	270
Mag.	Quam, nisi quam inire soleo, quam sagi solent? Orcum recludam, carmini auritos meo Manes vocabo, sidera in praeceps dabo Medioque sistam, si libet, coelo diem.	
Piso	Dum ne ruina fiat hoc nostra quoque! Magnum quid esse creditum apud te scias. Abeo, penes te summa sit tantae rei: Ordire telam dextera dignam tua.	275
Mag.	I tutus, ante solis occasum scies.	

Piso Fac, res secundo littus inveniat Noto. 280
Abeamus!

Scena secunda

Magus, Minister

- Mag. apta carmini sedes vacat?
Vacat et cruentis commode sacris favet.
Huc mihi, minister, siste devotum pecus,
Vbere revulsum matris effoetae, patre
Genitum decenni solis ad primi iubar. 285
Quid plura necto? murmuris ritum tenes.
Min. Non sum monendus.
- Mag. interim collo fluat
Vtrinque lymbus syrmate Babilonico,
De more tempus vitta tergemina ambiat
Discolor utrumque, triplici et nexu legat.
Nunc rite veteri zona deposita nova 290
Conscia sacrorum cogat errantes sinus,
Sacrifica patera sanguinem excipiat mea
Dandum sinistra; ille ipse quem multo mihi,
Qui poscitur, cum foenore rependet statim.
Promissa barba pectoris ad imum fluens
Et ipsa ponat regium ad tempus decus,
Hanc laeva turpem glomeret in nodum manus,
Occiput honestae commodet fronti comam
media reiecta.
- Min. victima infelix adest. 300
Mag. Aram novena saxa componant rudem.
Min. Sacras in aras asper extuberat lapis.
Mag. Asperge rore.
Min. rore respersus sat est.
Mag. Nunc exeratur virga Lernaeo madens
Suffusa felle, mersa sulphureae vado
Stygis noveno, saepe lactentis rubro 305
Saturata rore ac, ne quod ut desit nefas,
Cervice miseri non semel fracta hospitis:
Haec nube moestum, cum libet, coelum tegit,
Haec retegit eadem, Cynthiae foedat genas
Medioque solem perdit extinctum die.
Ducat novenos cuspis in seriem cyclos,
Decrescat actis ordo paulatim cyclis

	Cogatque semper usque maiorem minor, Quo more quondam fontis illimis liquor Sinus nitentes lapidis inectu explicat; Et iam fugaci proxime a tergo imminet Alius et alius, donec instanti impetu Frangente sese motus undae langueat. Ades, minister, admove sacrum pecus.	315
Min.	Admota dextram victima expectat.	320
Mag.	dedit Gelidum cruxrem vulnus, haud renuens quidem. Scrutare pecoris exta diffissi prius.	
Min.	Recalescit iterum sanguis.	
Mag.	elapsum pavor Mortis fugarat, cordis et in arcem levem Compulerat ignem. pulmo quid?	325
Min.	crebro salit Ducens anhelos spiritus.	
Mag.	ecquid micant Praecordiorum cetera?	
Min.	et solito magis.	
Mag.	Liventne venae?	
Min.	sanguine ignescunt rubro.	
Mag.	Vtrum nigrantes felle flavescent fibrae, Vllane viscus parte marcescit sui?	330
Min.	Non ulla fibras viscus aut foedat nota.	
Mag.	Omnia tenentur prima, nil igne est opus: Intacta lemures dona Tartarei vorent.	
	Exere furores et veternosos mihi Excute sopores, anime, consurge et vaca.	335
	Regis atra Regna Ditis vosque ferales Dii, Horridi specus baratri, lucis inimicum Chaos, Vos Stygis concreta semper stagna torpenti pice, Ceterae turbae silentum carmini haud surdae meo,	
	Linquite invisi tenebras carceris dicto ocius, Rite circum mihi coronam facite, cui Pluto invidet, Flava cui Phoebi paventes lora discutiunt equi, Cui nitens cruxre maestas luna suffundit genas.	340
	Tramitem caduca linquunt sidera a tergo aureum, Mobilis tellus fatiscit, maria decedunt gradu, Alveos flumina relambunt, erigunt sylvae comam.	
	Levis o, moras, satelles, Insolitas iussus quid mihi nectis? ades! Ades, horror inferorum, Anguitenens tortor, noctis alumnus, ades! Itane? hoc quid insolentis?	345
		350

- Irrita mos auris credere verba mihi est?
 Quibus alta noctilucas
 Sistere consuevit Cynthia saepe rotas,
 Quibus incitus cerastes 355
 Vel renuens patria sede coactus abit,
 Quibus ardua evocantur,
 Vt libet, aeriis saxa revulsa iugis
 Pecudumque muta secla
 Dyrcae melius Treiciaque lyra?
 Age! Regna linque Lethes,
 Carceris invisi compede missus, abi!
 Age! Sisyphaea saxa
 Atque Ixionias parce rotare rotas,
 Titiosque vulturisque 365
 Dira fames, levis et Belidis urna vacet,
 Cava cymba portitorque,
 Tuque adeo nobis improba turba vaca.
 Rata verba nempe fudi,
 Aeternoque fores nixae adamante patent. 370
- Audior: triceps catenas motus excussit canis.
 Fallor an tellure medium video diducta Chaos?
 Rumpitur caecum baratrum, praebet et functis iter
 Viperas Megaera dissoluta feralis comae. 375
 Cernitis? pavidos flagello territat manes gravi,
 Turbidum murmur volutat, spumeum et sulphur coquit,
 Marginemque superat altum lividis Phlegeton vadis,
 Lacrymarum mactus imbre, cui dolor in nubem coit,
 Invius renavigari squallet aeterno situ,
 Portitor conto propellit littori et cymbam applicat 380
 Sutilem non liberali dirus aspectu Charon.
 Iam casurum immane lassum pondus Eolidem premit,
 Thessalus rapitur citatae tortus Ixion rotae,
 Vulturem praecordiorum pascit aeterna dape
 Rite Terrae ingens alumnus stadia porrectus novem, 385
 Tantalum ludit negatum prandium a mento fugax,
 Gentium capax movetur urna tergemina manu.
 Quid feram segetem bubulco video Dyrcae satam,
 Quanta numquam cernitur? insueta quid facies mali?
 Quid Metus sollicita volvens lumina? quid Morbus caput 390
 Et gradus aegre labantes sustinens? Livor comam
 Vellit et vibice multa marcidum pectus notat,
 Conscios Pudorque vultus attamen serus tegit,
 Tabidos Famesque rictus iactat et frendens Dolor.
 Quid gravis sibimet Senectus? Luctus et Poenae comes,
 Dux gregis reliquumque vulgus, quam mihi scenam datis? 395

	Prosili, sat est, satelles vafre, prolusum est satis; Bene est, abunde est: fertur in portum ratis. Vt semper Orcus crimini nostro favet!	400
	Numquam tot antehac prodigus, credo, mihi Vomuit alumnos! maius orditur nefas: Gaude, insolenti, Piso, grassamur via.	
Min.	Quid hoc, magister? sacra cur arae abnuunt Sumere paredri dona? nec renuunt quidem, Sed, cupere cum videantur, arcentur tamen.	405
Mag.	Ne praestolentur nutus assensum mei? Annuo libens, abripite ferales dapes. Iam tu - nec ullus nostra iam vestrum, reor,	
	Consilia non praevertit auxilio tuo;	410
	Si te bene novi, facinus audebo novum -, Super alta vectus nubila, ubi trifida face Sortitur ictum Iuppiter, vastos Athos Cui nutat artus, vertice et toto riget,	
	Vbi cogit atros saeva tempestas Notos;	415
	Huc mihi, satelles, scande, dein rapta face Instar cometis finge tu flammam rudem Formamve tute sideris infausti indue Orbique solis temet oppositu obstrue.	
	Res sortiatur attamen haud ante exitum,	420
	Quam sol remittat flava declivis iuga: Tum, quid petatur fraude, constabit probe. Vos, reliqua turba, templa per Divum mihi Subite surda saxa, nec quisquam suum	
	Inane linquat; spiritum ut corpus tegit,	425
	Sic quemque vestrum mutus excipiat lapis. Responsa trepidos ille per mystas neget, Hic sacra diro templa latratu impleat, Intentet atras voce perplexa minas,	
	Artus cruentos sudet, inconstans labet,	430
	Larvae procaces vulgus exanimet metu. Quid agimus ergo? fiat hoc, fiat nefas!	
	Nondum occupatur facinus? at nondum procul Abiistis? hinc facessite, labantem metu Iam liberate mundum et errantes vices	
	Inhibete rerum. cernite! obliquas agit	435
	Aethon quadrigas, abnuit terris diem, Et iam lupatis haesit impressis Phlegon; Diemque fratris luna deposit sibi,	
	Plaustrum Bootes prodit Arctoum piger	440
	Vetitoque sese mergit Erimantis freto, Et zona coelum tramite obliquo secans Sua signa cernit sede deserta vaga	

Errare: violant foedera exemplo novo
 Novoque pactam scelere Tindaridae fidem.
 Abite, lemures; halitu vestro leves,
 Vitiantur aurae, quippe foecundam nocens
 Corrumpit aetram spiritus. dicto audiunt.

445

Chorus

- Cho. Ex quo sidereus Iuppiter aurea
 Delevit Latii Regna parentis, 450
 Terras degeneri fusa metallo -
 Infandum! - subiit decolor aetas.
 Mutavere vices secula: rebus
 Accessit precium non bene, vitae
 Decessit precium, sponte pericli
 Author quisque sui, sponte Prometheus
 Celsis innumerias usque petitas
 Pestes sideribus devocat, alte
 Tellus egeritur, naufraga Tethys
 Exili redimit murice bustum, 460
 Et mersi nautae vile cadaver.
 Rastro cessit honos, cessit aratro,
 Marti crevit honos, aspera bello
 Fervet difficii bile iuventus
 Et vesana trucesasperat iras, 465
 Caedes e media caede sititur,
 Tinnitu placidos classica saevo
 Somnos dira fugant, buccina caris
 Turritas viduat civibus urbes,
 Abductoque rigent arva colono: 470
 Immatura, reor, profuit aetas?
 Optat, sera legant pensa sorores,
 Vicinumque senex rumpere fatum
 Extremamque diem praecipitem dat.
 Detestata puer bella parenti 475
 Et dextra gladium poscit inermi
 Haesurum lateri: vulnera, caedes
 Voti summa, spei summa vocantur.
 Sat iam posse mori scilicet unum est,
 Ferro tantus amor ponere vitam! 480
 Sed maioris adhuc pondere molis -
 Infandum! - premimur; pars quota monstri est!
 Per fraudes iter est: fraude parentem
 Natus, fraude petit sponsa iugatum
 Germanumque soror, hospes amicum, 485

Nec, dum fraus miserum dira nocentem
Sortitur iaculo, parcit inermi;
At parcit ducibus Teuthone septis,
At seclusa truci milite cedit
Immunemque malo praeterit aulam. 490

Non illam proavo rapta trophyea,
Non fumosa dolos arcet imago;
Arcano subeunt tecta meatu,
Per fultum niveo dente cubile
Auratasque trabes, pocula quin et 495

Instructasque dapes per saliares,
Per mensas cytrias perque nitentem
Effusum Assyrio rore capillum.
Vrgemur scelerum pondere: vasti
Iam concussa labant moenia mundi, 500

Ni pax cumque levi vulgus honorum
Virtutum serie sidera linquat,
Mortalesque vices obiice nullo
Fluctus praecipites volvere cernens,
Iam placata, homines aurea mundo 505

Errantes foveat secla retexens.

Actus tertius

Scena prima

Praefectus castrorum, Milites

- | | | |
|-------|--|-----|
| Prae. | Bellipotens Mavors, cuius sub numine sancto
Aemula sideribus Romana Palatia surgunt,
Huc ades, alme parens, tuaque aurea, Dive, serena
Lumina tantisper. duce te teque auspice, felix
Roma triumphatas utroque ab littore gentes
Vidit, et Armeni <i>< i ></i> quos inrigat unda Niphatis,
Et sparsos Lybiae vastis Nasamonas arenis
Et Numidae infreni et rara mapalia Mauri
Disiectasque casas et Phasidis invia plaustra.
Vidit Hyperboreo glaciata Boristene rura
Atque Ararim atque Araris felicia Regna beati
Caucaseaque Iovis non invia saxa volucri
Et resupinati praecordia trita Promethei.
Vidit odoratis olim regnata Sabaeis
Et, quae purpureo Pactolus gurgite lambit
Aureus et pulchro discriminat arva meatu.
Romanos metuit fasces aquilamque minacem
Illyris et serpens Epidaurius Aeacidesque
Et, consanguineus fraternas, segnis Enipheus,
Apidanus nisi praestet aquas, Cadmaeaque Dyrce
Arvaque Bistonio quondam regnata Lycurgo,
Matris ubi vepres rubefecit Pentheus oestro,
Ogigiis diversus agris, ubi tradidit Ebro
Avulsa cervice chelym R <i>< h ></i> odopeius Orpheus
Tum, cum vibratis euantum more colubris
Ismariae solvere nurus sylvestre theatrum.
Nilus quin etiam famularibus irriguus te,
Tybri, suis veneratur aquis, tibi sacra Canopi
Ostia Neptunum, Pater o, septena lacessunt.
Tu quoque non turpi mitis nihil uda moraris
Subdere colla iugo, custos Gangetidis urnae,
Iudice nec Tauro litem componis, Orontes.
Mavors, altisoni progenies Iovis,
Author sanguinei dive negotii,
Te rerum domini, te Superi tremunt,
Vt cumque horrisonam concutis aegida
Cristatique apicem verticis igneum. | 510 |
| | | 515 |
| | | 520 |
| | | 525 |
| | | 530 |
| | | 535 |
| Mil. | | 540 |

Prae.	Auspiciis rediviva tuis Priameia Latinis Laomedontiades mutavit Pergama ductor: Alite cum fausto Romanae semina gentis Naufraga residuum ponti Troiana iuventus Ausoniae tibi concurrit, tibi Daunius Heros Victima caesa cadit, Regnum non degener heres Occupat et fessis condit nova iura Latinis.	545
Mil.	Mavors, purpurei te metuunt duces, Tu Reges solio deiicis impotens, Deiectos iterum tollis in aethera Et stellas humilem ducis ad aureas.	550
Prae.	Ilia Vestales tibi Dardana prodidit ignes: Felix illa dies niveoque notanda lapillo, Mollia cum sacro tumuerunt viscera foetu! Nomen et imperium terris fatale regendis Orbis Roma caput pulchra tibi prole datura.	555
Mil.	Tu, seu dexter ades, Regna superstitas, Tu, seu laevus ades, Regna ruis solo, Tu turres stabiles ariete concutis, Tu vallata solo moenia disiicis.	560
Prae.	Vnus tergeminum timuisset Horatius hostem, Ipse animos pulchra pro libertate regebas, Artes ipse novas, ipse incita corda docebas Consiliumque fugae nec turpis inire recessus.	565
Mil.	Tu natos gremio matribus eripis, Natorum patribus abnus oscula, Tu caris viduas coniugibus viros, Tu carisque viros coniugibus negas.	570
Prae.	Per te Serranus stivam populosque vicissim Flectit, queaque boves, hac agmina territat hasta. Tu Brutus Deciosque creas patriaeque levamen Maturum profugi revehis vexilla Camilli.	575
Mil.	Huc, huc flecte citos cornipedes, Pater, Te seu Parthus eques seu Colophonius, Te seu Phtya tenet vel profugus Scites, An pico recolit sacra Boristhenis? Caeso dura lupo Thracia num litat?	580
Prae.	Vna tamen longe viguit tibi, Roma, Sabellis Vsque petita iugis - felix! - curibusque severis Claudia gens semper Poeno male nota tyranno.	
Mil.	Seu te propter aquas Thermodoontia Clarum Bistonias littora detinent, Illic Hyppolite candida virginem Detestata levi prominet agmini, Exercetque citas lenis Amazonas, Miscens foeminea proelia dextera.	585

Prae.	Vel tuus hic ductor felici stirpe creatus Sit satis, ut memori ex animo non excidat unquam, Sitque tibi sacrum nomenque et fama Neronum. Sed ecce, consul ipse! proh Superum fidem! Nefasta lux hesterna quem pene extulit! Minus licet timere, cum libet magis; Nunc mi libet timere, cum minimum licet.	590
-------	---	-----

Scena secunda

Praefectus castrorum, Milites, Germanicus Caesar consul,
Piso, Legatus, Chorus

Mil.	An cupida visus vota decipiunt? diu, Adest, emaci quem reposcentes prece Elicimus omnes providi coelo Deos?	
Prae.	Cohibere castris militis ardorem tui, Caesar, nequivi. facile donavi tamen, Quod nec negasses.	600
Ger.	facile donari potest: Amoris isthaec signa sunt!	
Prae.	iam lumina Absume dulcem, miles, in curam: iubar, Miles, tuere Caesaris magnum tui.	605
Mil.	Hic ille Caesar? noster hic ille est? adest!	
Mil.	Ipse est profecto, quantus ad Rhenum fero Domuit duello Theutonem indocilem pati Fasces Latinos! quantus aut Cimbri manus	
	Disiecit audax, degener nunquam sibi!	
Mil.	Valet ergo consul?	610
Mil.	consul hic ille est?	
Ger.	mei Comites laboris, milites, quidni quoque Fiant triumphi? moeret et festus dies, Si quos minus decebat hos sensus sui Nostrique, cuiuscumque praetereat boni;	
	Recepta, miles, nostra tibi servit salus.	615
Piso	Tibi valemus. specimen egregium, obsecro, Regalis animi cerne.	
Prae.	nil novi audiunt.	
Piso	Miles per urbem, ut assolet, ne quid procax Peccet, caveto!	
Prae.	miles haud est, ut putas.	620

Piso	Illum putabam, cuius ad Rhenum manent Monumenta tot, tot inclytae pugnae notae.	
Prae.	Qui parricidas admovet ducibus manus, Infecta facta reddere hoc unum reor; Sibi negarunt, cuncta qui possunt Dii!	625
Ger.	Mittantur ista, Piso: deletum est probe Hostis cruento, tot scelus victoriis.	
Mil.	Necdum expiatum est. parcus at isthaec tamen, Praeses!	
Mil.	quis, hem, te iudicem nobis dedit?	
Ger.	Nunc alia, miles, cura nos melior vocat: Tibi ridet alnum adoreae munus sacrae, Genio vacandum est; temet hodiernae appara Festo diei ludicro! partes ageret Suas et ipse civis et partes ageret Suas senatus. muneri et ne quid meo	630
	Deesse videar, public<a>e quicquid rei, Quicquid futurum civibus gratum sciam - Nam non inanes principis gesto notas! -, Quicquid senatu splendidum, impendo libens.	
Cho.	Fovete tantam, quaeso, Dii superi, indolem!	640
Ger.	Regnare non est subditos turpi iugo Premere coactos, iura nec populis dare. Prodesse multis posse, communes opes Censere Regni, Regiam tutum reis Erigere asylum, saxa non quassae rati	
	Naufraga profundi, Regium hoc esse autumo. Vno hoc Deorum sustinent partes duces, Vno hoc Deorum proximum Regem loco: Hac, hac perenne nomen et cineri super, Hac lauream, hoc compendio coelum petant!	645
Cho.	Mirum nisi orbi invideat hunc aliquis Deus.	
Leg.	Meum est, quod optas, exequi, o Regum optime.	
Piso	Immo, nisi vanum est praesidis nomen, meum, At nisi alieno splendide in censu nimis Iactere, Caesar, scilicet.	
Ger.	recte admones, Piso, et cavebo: munus et supra meum Nihil arrogabo et sponte decedam loco, Ne metue, potius!	655
Leg.	horrea in primis, reor, Laxare par est.	
Piso	nempe tu urbem Punica Exinde pasces messe, cui tellus metit Lybiae beata, cui tenet coelum Ceres.	660
Cho.	Invidia petulans rite virtuti allatrat.	

Ger.	Quin, quos iniqua causa non adeo premit, Paedore vinctos carceris mitti placet. Sternatur epulo mensa populari frequens, Et congiaria populus accipiat sua; Nec visceratio publice desit licet, Sed ista plebes, ceterum utcumque ordines Sua celsiores dona pertingant quoque.	665
Piso	Consul, tuae sis, quaeso, fortunae memor: Has esse partes, obsecro, credis tuas? Magnifica nimium patruus at videat tuus.	670
Ger.	Nil abnuente patruo fiet meo, Cuncta obsequente.	
Cho.	patrui, credo, tibi Res agitur, alia cura te patrui coquit.	675
Ger.	Sed flava rapidis lora permittens equis Iam pene Titan summa concendit poli, Et destinato civitas plausu vacat? Quin probra fescenninus effundit dicax? Ordire telam, miles, auspicio tuo,	
	Specie tenus fremente lustrato agmine: Exaudiatur buccinae cantus trucis, Binas manipli diditi in partes eant, Diducta et hinc et inde discedat phalanx, Vmbone pulsus umbo resonanti boet,	680
	Consortus ensis musico flictu crepet, Age, crebra ferro lux residenti micet.	685

Scena tertia

Piso iunior, Plancus sodalis

Piso	Optime sodalis, consili summa haec mei est: Fidei magorum genitor incumbat licet, Consilia capiant ista, queis frigent manus,	690
Nos alia iuvenes capere consilia addecet.		
Plan.	Ain? petatur Marte furtivo? male Agis.	
Piso	tyranni quolibet constat bene Vel scelere sanguis.	
Plan.	orbis ultorem suum	
	Vltor reposcat.	
Piso	orbis ultorem suum Me praedicabit.	695

- Plan. iuvenis invictus cadet.
- Piso Cadat et ruina, sibi quot incumbunt, trahat.
Invicte vero miles! invictum, reor,
Fecit decennis turpis ad Rhenum mora,
Vt ne labores iactet Agamemnon suos! 700
- Plan. Iuvenile nimium est spiritus animi truces
Alere et furoris impetus caecos sequi.
- Piso Vindicta magnum est rebus in humanis bonum.
- Plan. Vindicta non est illa, quae insontem petit
Et immerentem: iniuriam potius voca! 705
- Piso Petit immerentem?
- Plan. tu vide, ne illum tuus
Faciat merentem livor et livor patris.
- Piso Fortuna summo dextra quem statuit loco,
Nulli invidere, mente si valeat, puta:
Livor ut ab aliis ferme felici nocet,
Sic invidere ferme felicem nega. 710
- Plan. Imo, quod ipse, Piso, mirere, haud scio,
An livor ullos tentet obliquus magis.
- Piso Beatus est, quicumque, quos odit, premit.
- Plan. Beatus est, quicumque, quos servat, colit. 715
- Piso Antiqua inulta iniuriam invitat novam.
- Plan. Praestat pati quam facere, quodcumque est nefas.
- Piso Inultus intus animus est tortor sui.
- Plan. Torquere qui vult, ipse se torquet prius.
- Piso Aliqua et doloris, ut puto, ambitio datur:
Dulce et decorum est ruere, quos urges, semel. 720
- Plan. At hoc superstes funeri et vivax adhuc
Intaminati fama Fabritii negat,
Seu cum metallo vinci ab Aeacide nequit,
Seu cum veneno vincere Aeacidem abnuit:
'Rex', inquit ille, 'vive concessu meo,
Laetare tandem, Pyrrhe, Fabritium proba,
Quod adhuc dolebas, mente nequaquam levem.'
Quid multa promam? Porsenam quis non probat
Mitemque iuxta dexteram et fortem canit? 725
- Nam quis Camillum aut Servium aut Magnum silet?
Vivet, Quirites iura dum mundo dabunt,
Ingens Camillus, urbis assertor sua,
Cineri superstes vivet antiquus Numa,
Vivet perenne fama Terapnei senis. 730
- Piso Vivet perenne, fasce quique annum senex
Primus notavit, quique generosa editus
De stirpe dextram Iulii caede imbuit.
- Plan. Referre damnum est turpe, cum damnum inferas. 735

Scena quarta

Agrippina cum parvis filiis, Senex eius moderator, Chorus

- | | | |
|------|--|-----|
| Agr. | Quae causa vernis, puberes, cinxit caput
Flavum corollis? flore quid sparsit comas? | 750 |
| Cho. | Quid, nisi Deorum numen, o nimium obsequens?
Fortuna thalami nempe consortis tui
Recepta, domina, Caesari nostro salus. | |
| Agr. | Sic vota, pueri, vestra fortunent Dii;
Nati, tenellas iungite aequaevis manus. | 755 |
| Fil. | Isti, parens, qui? | |
| Agr. | nobile Antiochi genus,
Vrbis alumni, nate, praetextae decus. | |
| Cho. | Quicumque sumus, et patris et nati sumus. | |
| Agr. | Ergo parenti templa subeuntes Deum,
Concipite, pueri, vota pro natis quoque. | 760 |
| Cho. | Non sunt monendi. | |
| Sen. | laetus arridet dies,
Et cuncta pronus prospera spondet polus,
Sed nempe, vidi, nigra tempestas coit
Coelo, serenus saepe dum currit dies,
Et bella saevos aura non raro Notos
Excipit ab Arcto, prodit et nautam inscium. | |
| Agr. | At, credo, vix, cum gravida vim nubes aquae
Excussit omnem cumque sedato impetu
Aequor resedit, causa metuendi est super. | 765 |
| Sen. | Excussit omnem? sedeat aut aequor satis?
Fortuna multa spicula ut pharetra efferat
Improba perenni, plurima haud dubie tamen
Tegit efferenda. ruere quos nacta est Dea, | |

	Cum coepit, urget. finis unius mali Gradus est ad aliud; raro quin - usus docet - Fortuna, paulo praeda cum maior datur, Sortitur ictum prodiga in vulnus leve: Vulgaribus vulgare conciliat malum.	775
Agr.	Ah, vera nimium summa vis superum Deum Et inferorum; sortis humanae penes Quoscumque summa est, sistite instabilem rotam, Tundere carinae parcite - ah! - quassae latus.	780
Sen.	Pectus tamen si Caesaris novi tui Animumque celsum, tela mendacis Deae Vltro refellet, sordidum excutiens iugum. Adversa fortem potius explorant virum, Adverso ad alta nititur virtus iugo; Merset tenebris lividus caecis licet, Virtus tenebris splendidum expediet caput.	785
Agr.	Votiva tibi iuvenca felices colit Ripas Clitumni, sospitae numen Deae. Iterate cantu, puberes, laudes Deum!	790

Chorus

Cho.	Dicite, pubes inclyta, mecum Superum carmen Superumque chorūm. Te nunc canimus subolemque tuam, Idaea parens, quae turrigeras Incolis arces, sacra Cybelle, Vbi semiviris dissona Gallis Aera boatu Dindimon attonant.	795
	Agite et superas reserate domos, Cardine coelum linquite verso, Ite in vestras, Superi, laudes, Ite frequentes, tuque in primis, Superum Rector, fulmine pollens.	800
	Tibi terga suos vertisse male Vidit alumnos opulenta parens, Coniuratos fera nequicquam Scindere patrium per bella polum, Excussa tua fulmina dextra	805
	Obvia dira revibrare manu. Ades, o magni consors thalami, Matrona Iovis, soror et coniux, Regia Iuno; post tua primos Occupat ingens Pallas honores,	810
	Pellice nulla sublata viro,	815

Quae, saxificum, numina terret,
 Vtcumque caput Diva revelat.
 Tua, bellipotens, dextera, Mavors,
 Deiicit acres sede tyrannos 820
 Humilesque sacras ducit ad arces.
 Tua, septena Pleiade nate,
 Cuspide tristes evocat umbras
 Dextera, rigidas reserare fores
 Celeresque potens revocare colos 825
 Lachesisque nigrum sistere pensum.
 Te quoque, Deli geminum numen,
 Phoebe, precamur, Phoebique soror,
 Ambo nervo iaculoque boni,
 Sed tu, cantu cytharaque bonus 830
 Phoebus, eburna trahis auritas
 Ad plectra feras, tu natalem
 Frenare potes cuivis facilem
 Cyclada vento, tu Pyeridas,
 Dive, sorores hilaras medius 835
 Numerosque doces, tibi suspensa
 Aure Acheloides adstant facili
 Sacra dictanti carmina plectro.
 Ades, o, votis, Thebane Pater;
 Te decet aureum cohibere mytra 840
 Hederave caput, rursus sparsas
 Credere vento sine lege comas,
 Tibi pampineos discunt thyrsos
 Serpentigenae vibrare nurus,
 Tibi Dyrcaeis diversus agris 845
 Iacet euantum Pentheus oestro.
 Ades et tecum duc gentiles,
 Thebane, Deos: illum ante alios,
 Vtraque sensit quem plaga solis,
 Cuius fortis Nemeaea toros 850
 Sensit validi bellua lacerti,
 Sensit Latii, sensit Maenali
 Populator agri taurusque iuga
 Dictaea ciens; at non qualem
 Hippolyte fera pelta ingloria 855
 Vedit adempta, qualem potius
 Quam siderea sede locamus,
 Quodcumque tamen non leve numen,
 Iole vidit, posito tereti
 Stipite uillis humeroque feris. 860
 Tuque ante omnes, si vacat, adsis,
 Quam nos facimus, Fortuna, Deam.

Actus quartus

Scena prima

Legatus, Chorus

- Leg. At unde moestum propera nox effert caput?
Quid hoc Iberis abnuit terris iubar?
Sepultus undis an retro currus dedit
Praecepis in ortus? orbe sublatus dies,
Declive cum vix agere coepisset rotas?
Nullus Thiestes, nullus hic Atreus adest,
Nullae hic Mycena.
- Cho. caecus ubi regnat furor,
Hic sunt Mycena, hic Atreus, hic Pelopis domus.
Cuvis potest accidere, quod cuiquam potest!
- Leg. Nec inter orbe luna fratnos capit
Opaca vultus, gemina quae ad plenum modo
Cornua coegit; sidus insanum rotas
Phoebi coruscis nec suas iungit rotis,
Cum sancta munere functa Virgo menstruo
Solare cedat regimen instanti Librae
Et iam salignis decidunt sylvis comae.
- Cho. Sidus refixum limitem infaustum trahens,
Sine nocte fulgens, solis obtexit iubar.
- Leg. Agnosco Superos, numen agnosco mei
Fato sinistrum ducis et hostilem plagam.
Vt video, mirum est, sero ni sapimus; moras
Nunquam probavi, fata renuentem trahunt.
- Placentur aris munere ingestu Dii,
Coelum vaporent thure Panchaeo foci,
Mystae Clitumni victimis templa imbuant,
Hostia Tonanti<s> maxima ad Iovis cadat,
Ecatombe maior. numinum discurrete
- Per templa, cives, et preces grati date
Superis emaces. vota terrarum audient
Ecquando Superi? Caesar, ah! Caesar, tua
Quo fata sequeris? nempe ni talis fores,
Non invideret caeca te nobis Dea.

865

870

875

880

885

890

Scena secunda

Magus, Piso

Mag.	Facinus tenetur, sponte sacri ferrum induit Fera nec coacta trudit in laqueos pedem. Aspicis, Olympo Phoebus obscurum meat Medioque cursu prodit innubem diem?	895
Piso	Nec dum esperugo praevia obscurum face Orbi sopores roseus irrorans novos Phoebum iugales solvere emeritos iubet.	900
Mag.	Tibi mihi que servit indignans polus, Tibi perennes fluctuant vices; At velitantur ista: quid, cum proelia Mox auspicabor Marte violento effera?	905
Piso	Scin', quae meus iam natus intrepidus paret?	
Mag.	Iuvenile nempe, quicquid est illud, parat.	
Piso	Tuum est cavere, ne tibi palmam auferat.	
Mag.	Iuvenis superbus, fare, quid tandem parat Maius tyranno?	
Piso	nempe rem ferro exiget.	910
Mag.	Nec sibi a cruento milite animosus timet?	
Piso	Nunc distinetur ludicris miles iocis.	
Mag.	Tamen est cavendum: hoc ultimum est genus aleae.	
Piso	Vim vi retundet, suppetunt lixae affatim.	
Mag.	Quicquid sequetur, ipse dum caveat sibi, Aliquid sequetur praevium sceleri scelus, Aliquid movebit, faxo, vel moveat nihil; Sed magna praestat horula interdum fugax: Sinis supinus praeripi? magna eripit,	915
	Nam quid moramur? saepe momento effluunt,	
	Quae lenta veniunt. si placet turba inscia, Tantis per adsta, civium examen statim Et huc et illuc currere exanimum metu Responsa referens horrida aspicies Deum:	
	Nobis moventur ora caelestum quoque;	
	Tum, quid petamus fraude meditata, scies.	
Piso	Impelle facinus; ipse, quod factu optimum Putem, nefandas plebis evito manus Tumultuantis et Seleuciam peto.	920
		925

Scena tertia

Chorus, Legatus, Magus

- | | | |
|------|--|-----|
| Cho. | Sunt dira, sunt nefanda, sunt fatu horrida:
Nutant Deorum culmina et quassis labant
Moenia columnis et fatiscenti solo
Asarota saxo picta Taenario tremunt,
Arae laborant, ignis inopinus micat,
Tum sacra sonitu mugunt atro atria
Et ipsa lacrymis et cruentato madent
Sacra signa vultu: tanta pro ludunt rei! | 930 |
| Leg. | Quisnam reus petatur, haud constat tamen. | |
| Cho. | Vtinam hic quiessent asperae Divum minae,
Vtinam reus petatur: haud paullo minor
Portio doloris nostra reparasset mala! | 935 |
| Leg. | Effare propere, miserias optant suas
Audire miseri: monstra quae tandem parant?
Quid machinantur horridi tripodes Deum? | |
| Cho. | In nostra Superi damna concordi tonant,
Ni fallor, ore: maximum cunctis caput
Petitur cruentis victima infelix sacris!
Nescio quid, una perditis rebus tamen
Matrona coeli praestat e Superis opis
Et nos sacris Osiridis credit notis. | 940 |
| Leg. | Vel hoc solamen maximum est, nostra haec mala
Si sunt medela digna tam lenta, reor. | |
| Cho. | Medicina lenta rebus in summis datur,
Vt deinde nostras saepe causemur moras. | |
| Leg. | An, qui timent futura, sibi sistunt palam? | 945 |
| Cho. | Futura dum sint! quin iuvet sisti palam? | |
| Mag. | Ingens Latini nominis salve decus! | |
| Leg. | Tu vero quis? | |
| Mag. | ni notus e facie satis,
Satis tibi sum ceterum notus, reor:
Niliaca patrium dat mihi Memphis solum,
Ritus sacrorum nomen. | 950 |
| Cho. | o factum bene!
Consilia Superum nostra non unquam bene
Examinavit trutina. | |
| Leg. | sed quis te Deum,
Quae causa nostros petere congressus iubet? | |
| Mag. | An esse maior possit, haud equidem scio;
Non te morabor, causa nec patitur moras: | 955 |

	Humana lege siderum aeterna Regi Vicibusque coeli fata tibi constat, puto.	
Leg.	Nempe ut ministris legis aeternae Deum.	
Mag.	Mortalium unis accolis Nili haec datum Aperire Divum munere, hoc constat quoque.	970
Leg.	Constare crede.	
Mag.	iure proin nostros bono Mortalium prospicere conatus decet. Dirus cometes tempore alieno flagrans - Mens facinus horret - magna portendit mala	975
	Et, nisi cavetur, Caesaris capiti imminet.	
Cho.	Meliora superi in facinus avertant Dii.	
Leg.	Tentare magna impune cum licet, libet; Nam quos tuae mihi exhibes fidei uades?	
Mag.	Vas sibimet ipsi est cana sapientis fides; Sed mitte, moneo, pluribus lentas moras, Facesse propere: consulem exitii admone Iam iam imminentis.	980
Leg.	casus an hominum scelus Duci timendum est?	
Mag.	saepe damnabis moras. Scelus est timendum.	
Leg.	motus humano quoque,	985
	Credibile vix est, siderum arbitrio imperet?	
Mag.	Quid ni imperent? ut te rudem coeli probas!	
Leg.	Nunc desipit, quicumque cum paucis sapit.	
Mag.	Sapit, quibuscum desipit.	

Scena quarta

Praefectus castrorum, Populus, Magus, Legatus, Plancus,
Piso, Germanicus Caesar consul, Milites, Chorus

Prae.	miles, gradum	
Adde.		
Pop.	arma, miles, arma!	
Mag.	quod iam sentio,	990
	Augur suo iam praestat augurio fidem.	
Prae.	Tribune, eques, centurio, decurio, signifer!	
Leg.	Properate, famuli.	
Mag.	si sapis, propera et cave!	
Plan.	Vbi nunc feroce spiritus, Piso, tui?	
Piso	Fortuna reflat.	

Plan.	praegredi mos est ducis -	995
	Me, me sequatur fama! -, cui potior fuga est.	
Leg.	Recede, consul.	
Ger.	victima, ut video, haec mea est, Mihi destinatur.	
Prae.	pinguior quando sibi Consuluit.	
Mil.	ut quae pollet et tergo et pede!	
Mag.	Nondum litatum est, maxima occumbet quoque.	1000
Plan.	Vtcumque felix, grande documentum meae Fidei relinqu: Piso, promissis steti.	
Cho.	Hanc, Piso, tibi nunc gratiam infelix habet.	
Ger.	Non indecoro vulnere ad terram ruis.	
Mil.	Bene est, peractum est.	
Mag.	fabulae nondum ultimum, Erras, peractum est!	1005
Mil.	scelus in authorem reddit.	
Mag.	Peccas, vide sis, gaudio stulto nimis; Dixi - fefellit iuvenis haudquaquam magum -, Nec me latent improvidae eventus rei. Tu vero cautus, qui tibi parcis tamen,	
	Vtcumque Piso militi elapsus fero, Felicius enimvero quam prudentius.	1010

Scena quinta

Nuncius, Chorus

Nun.	Terram cecidit ore, quicumque artifex - Heu, refugit animus facinus et foedae rei Horrore quatitur! - sceleris infandi fuit. Vix unus atri quippe dux facti deest: Trudet fugaces, trudet in laqueum pedes. Tamen haesit audax iuvenis haud multo minor Ductore Plancus, consulis et ictu quidem.	1015
Cho.	Quis sceleris ordo, fare, quis fraudis modus?	1020
Nun.	Motus tot inter urbis et Divum minas Coelique pariter, ipse securus sui Lustrabat urbem, civibus consul suis Consulere nunquam fessus, his verbis facit Iuxta satis rebusque et hunc onere allevat Non aequa passum, huic subtrahit iustas faces, Illi ruinas sistit edentem domum.	1025

Populum, theatra, tempла, laetitiae preces,
Sed una cunctos curа ductoris tenet.
Iuvenis palaestrae ludicro miles vacat,
Emergit, ecce, foeda lixarum manus
Numero timenda; iunior Piso ferum
Ductabat agmen, clamat: ‘en tempus, viri,
Diu cupitum! ferte, quo ducor, pedem.’
Vt quisque citior turbinis ritu ruit,
Tutatur animus consulem invictus prius,
Dein lictor et fidelis utcumque assecla;
Ac, nisi cruentus miles accurrat, viam
Timore maius perditum inveniat scelus.
Litem diremit miles adventu suo,
Augentur urbis studia, tum primum reis
Cecidere vires, primus egregius malae
Consilia ductor foeda meditatur fugae.

Scena sexta

Germanicus Caesar consul, Milites, Legatus,
Cives, Chorus, Magus

Ger. Prohibete caudem sontium, ingrati ducis
Arcete tectis plebis iratae faces. 1045
Mil. Iniicere qui non veritus est flammas tuis?
Ger. Vis absit omnis: vincere obsequio placet!
Nostra fruatur, quem capit clementia;
Quem non capit, refellat: haec ampla ultio est,
Hoc incruentae mite vindictae genus. 1050
Hostem perimere contigit cuivis ducum,
Servare eundem vix sibi quisquam potest
Exigere et irae nemo non ultro suae
Patrocinatur.
Mil. Caesar, an causae tuae
Praevaricaris orbis an iustae faci? 1055
Ger. Exigite mecum mente pacata, haec precor,
Vindicta, sit quaecumque, quem stimulis agit
Cavere vel futura, ni fallor, docet,
Vel mentis illos impetus caecos sequi;
At quem locavit prodiga in summo loco
Fortuna, quemquam metuere omnino est nefas.
Quod si quis alta mente sapientis notas

	et non inanes gestat, is, quicquid duce Ratione doctus laudat, hoc demum cupit.	
Mag.	At unde sensus nunc mihi subeunt novi? Iam pius hic animus esse vix noster solet, Cor pepulit ingens iuvenis egregii indoles.	1065
Leg.	Vix temperavit populus iratus sibi, Vt equus lupatis pressus ad metam furi, Iam iamque fractum pelagus etiamnum tumet; Crebro retractans facinus indignum fremit Et te coactus arguit clementiae Animumque mitem laudat et damnat simul.	1070
Ger.	Laudo, Quirites, vos quoque et fidos simul Et obsequentes.	
Civ.	melius ulti, modo Velles, probasses!	1075
Ger.	praestat ulti Deos Optasse.	
Civ.	sic quid, oro, non liceat malis?	
Ger.	Minus licebit, credite: est coelo Deus.	
Civ.	Est lenta nimium numinis semper manus.	
Ger.	At non perinde mollis, ut credo, aut levis.	1080
Civ.	Minus timetur plaga, quae sero excipit.	
Ger.	Magis timetur, mole quae vasta ruit.	
Civ.	Quota improborum scelera pars damnat sua?	
Ger.	Quota improborum scelera pars laudat sua?	
Civ.	Subnata sceleri scelera testantur probe.	1085
Ger.	Mens impiorum melius hoc ipsum docet, Estur perenni tabe Nessaea velut Octaeus Heros: facinorum mens conscientia Secumque nato teste damnatur scelus, Secumque nata peste torquetur simul.	
	Suum - quid? - evasisse tortorem putas Animum nocentem? pallet et semet timens Tabescit intus iudice arcano reus, Attonitus haeret verbere et surdo gemit.	1090
Civ.	Praeclara vere, vere praeclara exigis!	1095
Cho.	Te aut celsus animus tollit, o Regum inclyte, Cura aut Deorum tangit, o Regum optime.	
Ger.	Nos festa, cives, nostra revocemus licet: Geminum facit iam nomen et numen reos!	
Leg.	Nunc alia, Caesar, cura sacrorum vocat, Et, cuncta qua ratione confieri queant, Hic edocebit. aliquid huic debes; ama, Quem Superi amant et nostra cui curae est salus.	1100
Ger.	Quis iste, cui sunt nostra, cui cordi sumus?	

Mag.	Nec palpo mihimet, Caesar: es cordi Deo, Cuius minister ipse; qua fas est viro Prodesse, fateor, nonnihil possum et tibi.	1105
Ger.	Fortunae eritne quispiam alienae artifex - Hoc vero mirum! - et sortis haudquaquam sua?	
Mag.	Fortuna leges ferre sapienti nequit! Sed non vacat consilia tutari mea, Nec, si vacet, ne perge, continuo libet; Tuus hic docere forte, ni fallor, potest.	1110
Leg.	Testata memorat, ipse quod vix nunc mihi Suadere, Caesar, testis haud mendax queo: Domi ista melius!	1115
Ger.	o bone, atque ipse es quoque? Abeamus!	

Scena septima

Magus, Legatus

Mag.	ipse faxo, me in cassum roget; Sed vera pietas urget, et parco libens.	
Leg.	Iuvenile vitium cernis, ecquid iam bonum Factu putas?	
Mag.	huc usque iactura est levis; Nam nec requiro iuvenis assensum, sat est Vnius opera coniugis, satis est tua.	1120
Leg.	Me sequere, nihil perdidimus!	
Mag.	ut belle ratis Equitat per undas, terga Neptuni premens!	

Chorus

Cho.	O quae nixa volubili Cursus diriges orbita[e] Et tenso, Dea, linteo Invitas animas leves, Quo te multivagi pedes? Quo, quo, Diva, levem citas	1125
	Cursu praecipi rotam? Ah! quae taedia te ducis Nunc primum capiunt tui? Illum sedibus inseris	1130

Clarum sidereis, gradu	1135
E tanto ut gravius ruas?	
Illum blanda tuo prius	
Figis lumine, quo tuo	
Exinde arbitrio rotes?	
O fallax homini bonum	1140
Regnum, cui dare gentibus	
Iura est, instabiles Deae	
Leges instabilis pati.	
Infelix hominum genus,	1145
Reges! sidera summovet	
Phoebaeum quoties iubar,	
Postremum toties sibi	
Illuxisse potent diem;	
Phoebaeum quoties iubar	
Auratus fugat Hesperus,	1150
Extremum toties sibi	
Diluxisse potent diem.	
Limen cum patet aureum,	
Fallaces subeunt doli,	
Immanis penetralia	1155
Quos nulla prohibent domus,	
Non vestis Tyriæ color,	
Non gratus cytriae nitor,	
Non candardis ebur thori.	
Quemquamne ambitio impotens,	1160
Quemquam purpureus color	
Fucatae clamydis movet?	
Quemquam stemmatis aurei	
Tangit cura tamen? satis	
Quisquamne instabili bono	1165
Incumbit vacuuus metu?	
Cautes Caucaseas minus	
Aut Tressae Rhodopes comas,	
Atlantis iuga parcius	
Tundit magna Iovis manus,	1170
Quam celsa in capita impium	
Hamentas iaculum, Dea.	
Te sed lex sapientiae,	
Virtus nescia sed quati	
Luctantem facili manu,	1175
Gliscentem imperio domat.	
Fortunae metuit vices,	
Qui vanas metuit minas,	
Qui gazis inhiat, mare	
Qui per velivolum miser	1180

Duram pauperiem fugit,
Cantato maga carmine
Miscet pocula cui Dea,
Quem fallax aulae favor
Arcto compede detinet,
Claris qui in titulis stupet:
Fortuna hoc dedit, hoc rapit!
Fortes vivite: perdere
Regnum, non animum potest!

1185

Actus quintus

Scena prima

Legatus, Chorus, Magus

Leg.	Properate, famuli, sistite impurum magum. Huc, huc, amica fortis armigeri manus, Accurre! civis, avola, affinis, cliens, Conferte tela, cladibus nostris doles Quicumque.	1190
Cho.	quisnam Regiam clade afficit?	
Leg.	Occludat urbis ferreae portas serae Chalybumque pondus! omnis ex imo domus Vertatur!	1195
Civ.	ecquis turbidos motus ciet? Adhuc timendum est?	
Leg.	Regiae illusit magus: Eat et recessus et feras latebras petat Extraque solis pergit atque anni vias! Summota, septa, condita, abstrusa, invia Emetiemur. fida, nunc usus, cohors, Propera te.	1200
Civ.	consul vivit?	
Leg.	haud equidem scio. Reus petatur, quippe properato est opus; Quid verba terimus?	

Scena secunda

Legatus

Leg.	ast ego, stolidum caput, Ego fautor impotentis, ego ludus senis, Vecors, iners, enervis, o hominum probrum! Ego - turpis ille sancta dum violat Iovis Iura hospitalis, grande dum texit nefas - Illi favebam, facinus urgebam miser;	1205
	At disserebat sanius ductor meus, At abnuebat, proh, gubernator poli! Quod si probrosum crimen ad terram applicat	1210

Scelerique tanto reliqua respondent bene
 Ausuque tanto iuvenis invictus cadit,
 Quis orbitates liberum, quis coniugis
 Luctus acerbos, nostra quis demum mala,
 Orbis ruinas flere quis digne queat?
 Laetare, Piso, quem diu pellis, ruit.
 O sceleris architectus, o fandi artifex,
 Idem et nefandi, o fraudis inventor novae,
 O machinator criminum, o praedo, o lues!
 Tu, Caesar, arce plebis iratae faces.

1215

1220

Scena tertia

Praefectus urbis, Legatus, Cives

Prae. Sunt urbe tota rite disposita omnia,
 Plagis tenetur clausa, ni fallor, fera. 1225
 Ne metue! sceleris author in laqueos pedem
 Dabit fugacem scilicet.

Leg. nondum dedit?

Prae. Vt sera semper poena sumenti nimis,
 Sic propera nimium poena solventi est, reor!
 Ingens apertis diditum portis ruit,
 Fuga si occupanda est, agmen; equitatu levi
 Syriaca fervent prata. 1230

Leg. me miserum! ultio
 partem rependet cladis infandae haec quotam?

Civ. Fortuna ducis iniqua quo tandem in loco est?

Leg. Quo, si velint saevire, vix ultra Dii
 Iactare valeant. saeviant vero licet,
 Nec deprecabor fata nec faciam irrita. 1235

Prae. Sperare miseros maxime par est Deos,
 Evidem Deorum numen experior grave:
 In nos Deorum coelitum, in nos inferum
 Vis omnis, in nos astra coniurant, vides.
 R<h>amnusis arcum fregit. 1240

Civ. at quianam animos
 Cunctando nostros distrahis? diras, age,
 Fraudes nefandus ille quo pacto struit?
 Quid assecutus fraudibus?

Leg. quo, praeside
 Dictante, didicit crimen, hoc pacto struit:
 Mersisse luctu potuit ingentem domum,

1245

Vicisse scelere potuit invictum ducem,	
Hoc assecutus. candidam in primis fidem	
Divendit arte, nempe qua pollet vafer,	1250
Et, ut sinistros esse ne Superos neges,	
Illum nec una voce praemonstrant prius	
Et sponte Divum tripodes impingunt mihi,	
Qui monstra coeli, monstra qui terrae arceat:	
His non pateret Regiae limen seni?	1255
Qualis chelydrus tabido afflatu nocens	
Pestemque prae se sordidis linguis agens	
Aut qualis undis dipsas in mediis flagrans,	
Haud aliter aulam dirus ut subiit magus,	
Paulum moratus, sede summotus quidem	1260
Adituque ducis, inde oris impuri tamen	
Venena late dissipat, sibi sed prius	
Fuga medetur; consulem lenta excipit,	
Sed cruda nimium, more nec solito furens	
Vis dira morbi. nostra tunc demum mala,	1265
Tunc impotentis monstra patefiunt magi,	
Fuga ut patescit.	
Mil. (<i>intra proscenium</i>) Pharius impune o vias	
Vrbis pererrat? ferte, quo fertur, gradum!	
Leg. Adeste, cives! lictor, accurre ocios!	

Scena quarta

Magus

Mag.	Vt more turbam ludo sollicitam novo?	1270
	O me beatum! nunc magum populo probo,	
	Ludenda nunc est Regia et proceres quoque;	
	Meditata perago - Rector umbrarum, fave -	
	Novosque vultus, arte sed veteri, induo.	
	Quem mihi ministrum fraudis opperior? libet	1275
	Vtcumque non incognitam speciem dare,	
	Libet aulicorum quempiam vultu assequi:	
	Vibi senator, legeris; hoc esto ratum,	
	Imitabor astu et ore pellaci virum	
	Speciemque tristis oris et gestum gravem.	1280
	Conficta verba pondere expendam suo;	
	Huc mihi severam patrui formam viri	
	Indue, satelles, nube subtexe aethera,	
	Molire nebulam, finge tu - nosti modum -	

Exinde septum nube, nec cernam moras.	1285
Cessas? profundo Tartarus nondum specu	
Sonuit? nec arvis terra diductis hiat?	
Men' vulgus ignavum nocentum? vos ego.	
Audior: Averni vota sacrarium tenent.	
Vertumne, seu Proteus magis	1290
Amas vocari, disce non notas adhuc,	
Pomona quas formas probet,	
Tuas echydnae quolibet vento vagas	
Dimitte, par precium est morae.	
Tuque o - bicorni turgidus quondam senex,	1295
Nunc fronte discussa fluis -	
Luctator audax, huc ades; faxo, libens	
Alcidis explores toros	
Veteresque damnes artibus doctus novis.	
Aspiciat in me turba simulacrum viri	1300
Specimenque torvum: incedit hac patruus Cato;	
Cedite, senator ille Romuleus hic est.	

Scena quinta

Praefectus urbis, Cives, Legatus, Magus sub specie
Vibii Marsi senatoris/<Falsus Vibius>, Gn. Sentius

Prae.	Non sic Tonantis dextera excussum Iovis Huc volat et illuc fulmen et visus fugax Fallit tuentum, turbine et torto exilit, Penitus reposta lambere occulti laris, Vt versipellis ille; vix oculis satis Fides habetur: militis, populi, omnium Elusit artes, tutus effugit manus.	1305
Leg.	At quis veterno dexteris istas quoque Torpere fecit, quaeso, tam turpi Deus? Hoc, civis, urbi, miles, hoc debes duci?	1310
Prae.	Recte admonebas, Cecina. nam, credo, Deus Nos aliquis urget; ceterum officii memor, Si ratio valeat, civis et miles fuit.	1315
Fal. Vi.	Quis fremitus urbis? civium examen vagum Tumultuantur cerno? quid monstri intuor?	
Leg.	O care Vibi, tempore ut nobis redis! Sed non vacat sermonis exorsu graves Iterare clades; satius, ut credo, et loco	1320

	Audibis, et tu, tempus ut praesens monet, Nos sequere. si quid usus hortetur, scies.	
Fal. Vi.	Casus, tumultus, luctus an gliscit dolus?	
Leg.	Vrgemur astu fraudis, urgemur dolo.	
Sen.	Proh sancta legum iura, proh priscam fidem! Audite, nostro dissitae gentes polo, Cocitia Regna vosque torpentes lacus, Audite: fraudis disce, qui fraudes doces, Infandae, inausae, immanis, hostilis modum. O tuta nunquam sanctitas, nunquam satis Munita virtus!	1325
Leg.	vivit an, quod iam meus Horrescit animus, consul ...? effare, edoce.	
Sen.	Vtcumque vivit, omina avertant Dii; Accipite fraudum reliqua sed Pharii senis.	
Civ.	Impune fraudes sagus etiamnum serit?	1335
Sen.	Vetera patescunt scelera, nil seritur novi.	
Fal. Vi.	Erras, futura messe constabit, reor.	
Leg.	Eloquere, Senti, quando Fortunae sumus Hominumque ludus.	
Sen.	cuncta complectar brevi. Scelus patebat, nunc patet sceleris modus; Horresco foedae triste monumentum rei, Sed nempe vidi, vidi ego effossas humo Graecis, Latinis, barbaris caesas notis Plumbi nigrantis laminas, porro notis Devota passim nomina insontis ducis.	1340
	Vidi supremis ossa functorum rogis Frustrata - Nilum propter id moris viget; Quid reliqua fando persequar? quid parietes Semustulati cineris ac tabe obliiti Atra refertos? aera quid Babilonicis Arata sulcis atque imaginibus sacra?	1345
Fal. Vi.	Quae monstra, quae portenta, Dii superi, audio! Ergo ruinae Regiam tantae petunt? Mirabar, illa praesidis quo se fuga Inopina tandem verteret facta manu.	1355
	Vidi palantem; propior at praedae fuga Daret an timoris signa, nunc demum scio. Moras quid, oro, segnis invitas traho? Quid stupeo, nondum consuli reddor meo?	
Leg.	Praeite, famuli! ... sistite, en, reducem duci! Documenta rerum cerne! proh, rerum sator! Ergone totus, cuius innixus modo Humeris sedebat orbis, affixus toro Fraudumque nimio pondere oppressus iacet?	1360

	Qui iura terris, iura qui ponto dabat, Nunc iura victus patitur, at cuius Dei?	1365
Sen.	Nos fata miseros, credite, et tristes agunt Certo sorores stamine, ex alto venit, Mortale quicquid patimur in terris genus; Stat ordo rerum certus et coelo ratus,	1370
	Quem vota nulla, mobilem nullae preces Fecere nostrae. tramite incedens suo Redimere qui vult fata sapienter sua, Obfirms animos casibus vitae obvios.	
Leg.	Invidia paucos praeterit, nulos tamen, Qui pace macti floreant vitae bonis: Vineta laevo plena sic quondam Noto Afflantur, alta saepe sic nimio seges	1375
	Senescit imbre, sic secundis obvia Inopina velis aura ventosas citat Vndique procellas, incitae et puppi invidet.	1380
Sen.	Tempus querelis - optime cavit Deus - Nunquam peribit, rebus afflictis opem Afferre praestat, si quid est tandem super	1385
	Non abnuendum. nullus at nobis, reor, Adhuc medelae spem quoque eripuit Deus; Vt spes inertes saepe frustratur, bona	
	Sic multa, vidi, sedula impertit manus. Spe saxa captat saepe, quae nusquam videt,	1390
	Naufragus et undis iactat in mediis manus, Concipit et aliquis vota, dum pendet cruce.	

Scena sexta

Nuncius, Legatus, <Gn.> Sentius, Chorus

Nun.	Timete fata, fata quos supra modum Et blandientis evehit flatus Deae.	
Leg.	Satisne salvae? fare, quo res in loco est?	
Nun.	O sors acerba, o sidera, o rerum vices!	1395
	Heu luctus, eheu lacrymae, heu poena, heu dolor!	
Leg.	Effare propere, pectus aerumnis nec est Hoc imparatum; vix novi aut quicquam audiam,	
	Et clade peior cladis est dubiae metus:	
	Eloquere, questus amputa invisi moras!	1400
Nun.	Clarus triumphis ductor - heu! orbis dolor, Heu! moeror urbis -, consul ..., heu, heu! faucibus	

	Invita corde vox reluctanti subit. Heu! Caesar, heu, heu! specimen ingenuum occidit.	
Leg.	Me, me, Deorum fulmine infesto, Pater, Sortire, si qua crimine admisso manent Luenda sontes; tuque, tenebrarum potens, Detrude in ima Tartara invisum caput. Haec vero scelera praeteris, Rector poli? Nunc feriaris? dextera nunc torpet tua?	1405
	Ecquando rapida fulmen exiliet manu, Si nunc sereno purus it coelo dies? Quaeris nocentem, Iuppiter? ego sum nocens: Hic ille Regum carnifex, hic proditor Ducum, peremptor Caesarum, ludus magi.	1410
Sen.	Animi dolorem comprime et frena impetus, Amicus error sceleris ut subeat locum.	1415
Leg.	Mors innocentem sola - si faciet tamen! Nunc fare! vultu fata quo tandem tulit, Quo liberorum questibus, quo coniugis Tangitur? amicos ultimum affatur pie? Expone seriem funeris, quando hoc quoque Superi negarunt - invide! -, ut coram ultimas Voices iacentis spiritum exciperem ultimum. Edissere, agedum, cuncta!	1420
Nun.	me miserum! heu, iubes Iterare questus. aula morientis thoro Adstabat omnis, omnis in lacrymas simul Abibat aula, coniugis longe tamen Miseranda pietas, ipse securus sui Patrium serena mente vestigat polum,	1425
	Magnanimus, indeictus et, sineret gravis Vis dira morbi, vegetus; ut sensit diem Adesse summum, sponte rumpentem exitus Iam iam dolorem pectore ex imo trahit Et, ‘me sinistra fata si raperent’, ait,	1430
	‘Adhuc querelas iustus in Superos dolor Expromeret; nunc fraude sublatus nova Vestrīs notas pectoribus has linquo ultimas. Referte patriae morte quo pacto impia Vitam relinquam. forte quos livor quoque	1435
	Agebat in me, vita dum mansit, ducis Florentis olim tanget exitium ultimum. Erit senatus arbiter, leges erit Locus invocandi, funus ignavo sequi	1440
	Feretrumque luctu muneris fidi, reor, Non est amici, cuncta sed fieri rata, Quae praecipit, quod optat, hoc demum exequi.	1445

	Clarum triumphis, laureis clarum ducem Ipso iuventae flore frustratum impie, Raptum nefandis fraudibus, mundus pie Germanicum lugebit, inferias meis Impendet umbris; lacrymas gentes dabunt, Et quae rigentem Tanain et Gangen bibunt, Et quas fluentis dives et diti alveo Dirimitque utrinque margine aurato Tagus, Quaeque imminentem cernis Erimantem freto Nunquam abluendam, quasque crispanti coma Nutris, Siene, sive quas, Meroe, nutris. Partem sed haec facinoris - ah! - quotam expient Nunquam expandi? facinus indignum tamen Vos vindicate, nostra ni vester favor Quam nos fovebat potius.' Haec inter piae Lacrymae integrantur, lacrymae ubertim fluunt Interque lacrymas creber infracto sono Singultus, ipse mole dein corpus mali Maiores pressus spiritum extremum dedit.	1450
Cho.	At nos miseri, quicunque diem Luminis alnum cernimus aevi Munere praepeti, Quicunque moras trahimus vitae, Dum nigra relegat revoluta soror Stamina triplex.	1460
Leg.	Dehisce, tellus, quid moror? caecum Chaos, Tu me tuo complectere - infandum! - sinu, Rector silentum dire, mancipium tuum - Quid insolentis? - asseris nondum tibi? Vitae nocentis stamina at nondum soror Quaecumque rumpit? spiritum invisum traho? Ducem sequemur, aequa vix causa est magis.	1465
Sen.	Plebi patescat Regiae limen domus, Pro foribus adstet conifer truncus recens A stirpe vulsus matris effoetae, triplex De more longum vitta quem pulla ambiat.	1470
Leg.	Nobile feretrum pondus e tecto extrahat, Hic sponte lacrymas civis impendat pias Suspriumque munus adolescat licet. Vos rite, famuli, regii flammam rogi Exuscitate: iusta solvantur duci! Per compita urbis gemitus excurrat, per et Delubra Divum; nostra non tangunt Deos, Stellas lacescat clamor - ah! -, laevas nimis Quas experimur? clamor erumpat tamen.	1475
		1480
		1485
		1490

Cho.	Tibi moestificum, dux infelix, Aera gemitu ferit alterno Flebile carmen, tibi feralem Edit sonitum clangore tuba, Non quo solita est, cum postremos Resecuta sonos monuit colles Retulitque suis vasta Ercinia Vallibus aeris verba canori.	1495
Leg.	Accede, civis, civis, accede et vaca, Documenta rerum cerne, quem gentes modo Tremuere, Phoebi quaeque nascentis iubar, Quaeque occidentis, quaeque Parrasium vident Plaustrum bubulco creditum Arctoo, Notus Seu quos adurit solis aestivi face. Testis cruentis Rhenus aut albis vadis Stagnare doctus, testis exuvii, Tybri, Animosus Ister ire dedoctus tuis, Ercinia testis una Romanis fuit	1500
	Vixdum trophaeis nemore quae vasto satis; Ergo feretro pondus incumbit leve Vrnae futurum levius etiamnum brevi: A quo catenae barbarorum regulis Chalybumque pondus, pondus incubuit grave?	1510
	Hic ille victor Marte metuendus fero, Domitor trionum, terror Atlantis, Noti Zephyrique terror? ille Regnorum metus? Lustris peractis quippe Pellaeo duci	1515
	Par, mente certe melior, haud impar manu, Lustravit orbem, fulminis ritu celer Difflavit hostes, nomini aut Latio graves Aut imminentes. ite per fortis Dacae	1520
	Infesta nuper tela, nunc nulla, imperi Seu tela vestri nempe munimen, nives Calcate Getidas, ite per flavi iuga Cimbri, Quirites; ite, seu terras libet -	1525
	Sine fraude licet! - intrare seu pontum magis. Vestigia dum memineris, ingentis simul Quicquid tueris esse victoris tamen, Quicumque coeli visis Arctoi plagam,	1530
	Quod tela fida barbarorum, pervia Quod Regna, Latium rite quod nomen viget: Vires timentur, statque maiestas. suum Pondus senatus obtinet, leges suum;	1535
	Quodcumque tandem est, munus est nostri ducis. Iterate luctus civium assensu pio, De more, pueri, plangite - infandum! - manu.	

Cho.	Lumina, flumen ducite geminum; Si vacat, omnis ades et vires Exprome, dolor. vacat et geminum Pectora contra rite lacertum Armat et omnes vires exerit, Resonant crebro coniuratae In bella manus verbere planctus.	1540
Leg.	Miserande ductor, ductor infelix, tuos Sic ad Quirites Marte damnato redis? Hi sunt triumphi? hae laureae? o rerum vices! Feretrum quadrigis, plausibus luctus, sacrae Mutas cupressum Daphnidi, vitam neci?	1545
	Miserande ductor!	1550
Sen.	nostra nec multo alea Aequior, amice, durior certe tua. Miseranda coniux, astra quam iuste impia Procul hinc laceassis numen - ah! - laevum vocans?	
Leg.	Nam quae libido funebri late omnia Mersisse luctu? lacrymis late simul Damnasse gentes? illicet tantan' placet Efferre vires mole sacrilegas? placet Tanton' furores exerci precio? impetus Tanton' periclo sic sequi demum placet?	1555
	Proh, nulla rerum tuta non usquam fides! Proh, tuta nusquam sanctitas, proh numina!	1560
Cho.	Dic, age, mecum, moesta iuventus: Nulli parcit Libilitina ferox, Nil sceptra iuvant, nil Regna iuvant Capitisque decus!	1565
	Non galea est capiti ut decus!	
Leg.	Tu iam lupatis, Phoebe, anhelantes equos Solvens, Iberis mergis emeritos aquis. At nos - iniqua fata sic demum iubent -, At nos Olympo gemina nox urget, mali	1570
	Non sic nocentes, summe proh rerum sator!	
Cho.	Sed nempe fallit omnes Spes haec inanis aevi, Flos veluti micans,	1575
	Qui, Luciferum si videt ortum, Non videt Hesperum.	

Hinweise zur Textgestaltung

Zugrunde liegen die Handschrift von ca. 1602-1612 (Ms. 2677 3v-40v, Civica Biblioteca Augusta, Perugia) und deren zweisprachige Erstausgabe durch Flammini (1987). Orthographie und Interpunktions wurden überarbeitet und nach Möglichkeit vereinheitlicht; im folgenden notiert sind Abweichungen nur von dem gegenüber der Handschrift bereits deutlich bearbeiteten Text von Flammini. So wurde stets gedruckt *i* für *j*, *v* für konsonantisches *u*, *u/V* für vokalisches *u/U*, *causa* für *caussa* sowie gegen Flammini *auth-* statt *aut-/auct-* (PÜberschrift, 456, 540, 1006, 1226), *Hesper-* statt *Esper-* (1150), *men'* statt *men* (1288), *sylv-* statt *silv-* (216), *squall-* statt *squal-* (380), *thor-* statt *tor-* (19, 140, 1426). Für die Klammern der Handschrift stehende Gedankenstriche wurden am vorausgehenden Versende statt am Versanfang gedruckt. Groß geschrieben wurde: *Deus/Divus*, *Dea/Diva* (A23, 25, 26, 30, 132, 138, 139, 141, 237, 241, 337, 423, 509, 599, 625, 640, 647, 648, 651, 752, 755, 760, 774, 780, 785, 792, 793, 818, 848, 862, 885, 894, 931, 939, 944, 963, 969, 971, 977, 1021, 1076, 1078, 1097, 1105, 1127, 1130, 1142, 1172, 1183, 1235, 1238, 1239, 1240, 1253, 1311, 1313, 1333, 1352, 1366, 1382, 1386, 1393, 1405, 1490, 1490), *Rector* (805, 1273, 1409), *Rex/Reg-* (A13, A14, 191, 256, 337, 450, 517, 549, 552, 560, 561, 644, 644, 646, 648, 652, 967, 1096, 1097, 1194, 1198, 1255, 1272, 1327, 1353, 1414, 1480, 1518, 1533, 1565), *Heros* (548, 1088), *Superi* (6, 197, 541, 593, 795, 803, 881, 892, 945, 949, 962, 1103, 1251, 1436) sowie 839 *Pater* (in Anrede), 897 *Olympos*, 1571 *Olympos* und im Darstellerverzeichnis *Minister*; klein dagegen: v507 *castrorum*, 1343 *barbaris*. Bei der Nennung der Darsteller wurde ergänzt 1,3 *Antiochiensium* (wie Flammini), *Patres singuli*, 5,6 *Falsus Vibius* als Erläuterung für die folgende Sprecherabkürzung und 5,5 *Gn.*; die Reihenfolge wurde geordnet 3,2 statt *MPr*.

A1	<i>Iulius Casear</i> Flammini statt <i>T. Iulius Caesar</i>
38	<i>Athos</i> Flammini statt <i>Athlos</i>
224	<i>Atlantis</i> Flammini statt <i>Athlantis</i>
512	<i>Armenii</i> Flammini statt <i>Armeni</i>
530	<i>Rhodopeius</i> Flammini statt <i>Rodopeius</i>
636	<i>publicae</i> Beck statt <i>publice</i>
888	<i>Tonantis</i> Flammini statt <i>Tonanti</i>
1024	<i>fessus, his verbis (his sc. civibus)</i> Beck statt <i>fessus his: verbis</i>
1087ff.	cf. Aureli, ‘Pompeius’ 1093-1101 in fast gleicher Formulierung (anders Flammini): 1087 <i>perenni</i> Pomp. 1093 statt <i>perenne</i> . 1089 <i>scelus</i> Pomp. 1095 statt <i>simul</i> 1090 <i>simul.</i> Pomp. 1096 statt <i>scelus</i> 1091 <i>suum, ecquid? - evasisse</i> Pomp. 1097 statt <i>suum. quid evassisse</i> 1092 <i>timens</i> statt <i>pavens</i> Pomp. 1098
1126	<i>orbita</i> Flammini statt <i>orbitae</i>
1242	<i>Rhamnusis</i> Flammini statt <i>Ramnusis</i>
1366	<i>Dei</i> Beck statt <i>Deus</i>
1540	<i>omnis</i> Beck statt <i>omnes</i>

‘Komma’ gestrichen vor *et, atque, -que, neque, nec, aut, vel, -ve, an, quam* u.ä.: A17, 122, 143, 211, 217, 273, 310, 313, 337, 359, 417, 418, 440, 473, 484, 489, 494, 497, 501, 510, 513, 514, 517, 520, 524, 526, 553, 577, 614, 729, 769, 896, 1025, 1072, 1109, 1199, 1213, 1214, 1257, 1363, 1528

‘Komma’ gestrichen nach: A5 *cladem*, A6 *caesae -*, A21 *consulis*, 30 *Delon*, 35 *labor*, 107 *preme*, 116 *venenis*, 116 *canit -*, 119 *Pharius*, 119 *est -*, 127 *tum*, 143 *eant*, 165, 178 *honoris*, 195 *mundi*, 260 *modo*, 262 *ferre -*, 335 *mihi*, 409 *tu*, 477 *caedes*, 478 *summa*, 502 *serie*, 582 *iugis*, 582 *felix! -*, 637 *sciam*, 753 *thalami*, 760 *parenti*, 776 *quin*, 923 *metu*, 974 *flagrans*, 975 *horret*, 995 *ducis*, 1008 *dixi*, 1098 *nos*, 1108 *artifex*, 1109 *mirum! -*, 1208 *ego*, 1209 *nefas -*, 1273 *perago*, 1273 *fave -*, 1284 *tu*, 1284 *modum -*, 1295 *o*, 1296 *fluis -*, 1298 *toros*, 1346 *rogis*, 1347 *frustrata*, 1382 *querelis*, 1382 *Deus -*, 1401 *ductor*, 1423 *negarunt*, 1474 *complectere*, 1474 *infandum! -*, 1475 *tuum*, 1476 *insolentis? -*, 1491 *clamor*, 1527 *libet*, 1528 *licet! -*, 1538 *plangite*, 1538 *infandum! -*, 1570 *nos*

‘Komma’ ergänzt: A17 *et*, A17 *publica*, 4, 21, 23 *animus*, 74, 102, 102, 105 *esse*, 109, 113, 120, 132 *esse*, 136, 137 *unum*, 151 *accolas*, 169 *profundum*, 177 *triumphi*, 196, 243, 248, 253, 258 *capax*, 263, 264, 265 *puto*, 280, 284, 294, 295, 348, 348, 348, 406, 406, 422, 422, 424, 472, 472, 521, 525 *et*, 525 *fraternas*, 593, 597, 598, 601 *tamen*, 625, 629, 629, 639, 652 *est*, 652 *optas*, 665, 687, 697, 697, 706, 708, 714, 714, 714, 715, 715, 717, 721, 721, 747 *probe*, 747 *sentio*, 748 *reor*, 752 *quid*, 768 *vix*, 777, 777, 780, 817, 817, 817, 819, 819, 819, 819, 839, 839, 839, 904, 906, 926, 926, 955, 955, 988, 989, 1013, 1014, 1024, 1031 *emergit*, 1034, 1034, 1038 *ac*, 1048, 1057 *vindicta*, 1063 *is*, 1082, 1100 *vocat*, 1101 *et*, 1102, 1105

Deo, 1117, 1118, 1142, 1212 *proh*, 1250 *arte*, 1268, 1268, 1290, 1291 *adhuc*, 1297 *faxo*, 1354, 1357, 1360 *sistite*, 1360 *en*, 1361, 1368 *venit*, 1402 *heu*, 1404 *heu*, 1405 *infesto*, 1425, 1425, 1425, 1435 *et*, 1446 *rata*, 1467, 1534, 1561, 1562 *proh*, 1563 *dic*, 1563 *age*, 1570, 1576

‘Komma’ statt ‘Punkt’: 858

‘Komma’ statt ‘Doppelpunkt’: 322, 370, 607, 1416

‘Komma’ statt ‘Strichpunkt’: 210, 667, 1378

‘Komma’ statt ‘Fragezeichen’: 330

‘Komma’ statt ‘Klammer’: im Darstellerverzeichnis *Senex*

‘Komma’ statt ‘Gedankenstrich’: 253, 257 *est*, 257 *metue*, 985, 986

‘Punkt’ gestrichen: 1091 *suum*

‘Punkt’ ergänzt: 259, 322, 371, 1090, 1483, 1500

‘Punkt’ statt ‘Doppelpunkt’: 50, 117, 375, 448, 490, 749 *pericli*, 774, 786, 792, 891, 984, 1102, 1274, 1440, 1458, 1541

‘Punkt’ statt ‘Strichpunkt’: 9, 45, 53, 775, 1061, 1372

‘Punkt’ statt ‘Komma’: 144 *Patres*, 263, 862, 1385, 1403, 1534, 1552

‘Punkt’ statt ‘Ausrufezeichen’: 1249, 1313, 1417

‘Strichpunkt’ ergänzt: 1007

‘Strichpunkt’ statt ‘Punkt’: 206, 218

‘Strichpunkt’ statt ‘Doppelpunkt’: 10, 30, 110, 182, 294, 398, 425, 482, 615, 624, 632, 755, 883, 978, 1106, 1112, 1314, 1437, 1527

‘Strichpunkt’ statt ‘Komma’: 7, 18, 21, 47, 51, 63, 113, 128, 173, 227, 253, 263, 316, 410, 415, 438, 446, 487, 492, 595, 666, 742, 776, 781, 814, 839, 854, 903, 917, 925, 927, 965, 980, 1032, 1037, 1048, 1059, 1070, 1102, 1117, 1120, 1148, 1204, 1210, 1231, 1263, 1272, 1281, 1297, 1301, 1307, 1333, 1340, 1347, 1356, 1369, 1386, 1398, 1407, 1452, 1490, 1535, 1539

‘Doppelpunkt’ gestrichen: 1024 *his*, 1434 *trahit*

‘Doppelpunkt’ statt ‘Punkt’: 133

‘Doppelpunkt’ statt ‘Komma’: 109, 120, 399, 630, 1105, 1188, 1308

‘Fragezeichen’ ergänzt: 1091

‘Fragezeichen’ statt ‘Ausrufezeichen’: 390

‘Ausrufezeichen’ gestrichen: 1205 *caput*, 1360 *reducem*, 1382 *Deus*

‘Ausrufezeichen’ ergänzt: 1360 *duci*, 1401, 1402, 1402, 1404, 1404

‘Ausrufezeichen’ statt ‘Doppelpunkt’: 432

‘Ausrufezeichen’ statt ‘Komma’: 992

‘Gedankenstrich’ gestrichen: P6 *Romano*, P7 *data*, 46 *media*, 46 *visu*, 169 *profundum*, 170 *reus*, 253 *urget*, 263 *opera*; 263 *vides*, 270 *fraudis*, 270 *fare*, 657 *loco*, 658 *metue*, 671 *partes*, 671 *obsecro*, 744 *pericli*, 744 *moror*, 747 *probe*, 747 *sentio*, 748 *esse*, 748 *reor*, 764 *nempe*, 764 *vidi*, 917 *movebit*, 917 *faxo*, 981 *mitte*, 981 *moneo*, 1112 *vacet*, 1112 *perge*, 1187 *rapit*, 1188 *vivite*, 1202 *fida*, 1202 *usus*, 1205 *ego*, 1205 *caput*, 1230 *ruit*, 1231 *est*, 1307 *ille*, 1347 *viget*, 1367 *miseros*, 1367 *credite*, 1418 *tamen*, 1431 *et*, 1432 *morbi*

‘Gedankenstrich’ ergänzt: 783, 783, 1091, 1091, 1401, 1402, 1459, 1459, 1491, 1491, 1554, 1554

‘Klammer’ gestrichen um: v131 *Antiochiensium*

‘Anführungszeichen’ gestrichen vor: 1435 *et*

‘Anführungszeichen’ ergänzt vor: 1435 *me*